eis

eis dñe auxiliũ de ſctõ. ℟. Et de ſiõ tuere eos. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oro.

Propitiare dñe ſupplicatiõib9 nr̃is: ꝛ iſtitutis tuis, qb9 ꝓpagatioñe humani gñis ordinaſti, benignius aſſiſte, vt qḋ te authore iũgit, te auxiliãte ſeruet. per.





Per omni a ſe cu la



ſeculorum. ℟. Amen.



Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Surſum corda.



℟. Habemus ad dominum. Gratias agamus domi-



no Deo noſtro. ℟. Dignum ꝛ iuſtum eſt.



Vere dignum, ꝛ iuſtum eſt: ęquum ꝛ ſalutare. Nos tibi

ſemper


ſemper ⁊ vbiqȝ gratias agere, domine ſãcte, pater omni=
potens: eterne deus. Qui poteſtate virtutis tue de nihilo
cũcta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordijs homini ad
imaginem dei facto ideo inſeparabile mulieris adiutorium
condidiſti: vt femineo corpori de virili dares carne princi=
pium: docens quod deo placuiſſet inſtitui, nunꝗ̄ licere diſ=
iungi. Deus ꝗ tã excellenti myſterio cõiugalẽ copulã cõſe=
E crasti:




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


ſto: imitatrixqꝫ ſanctarum permaneat fœminarū. Sit ama-
bilis vt Rachel viro ſuo: ſapiens vt Rebecca: lōgęua ⁊ fi-
delis vt Sarra. Nihil in ea ex actibus ſuis ille author ꝑuari-
cationis vſurpet: nexa fidei mandatiſqꝫ permaneat: vni
thoro iuncta cōtactus illicitos fugiat: muniat infirmitatē
ſuam robore diſciplinę. Sit verecundia grauis: pudore ve-
nerabilis: doctrinis cęleſtibus erudita. Sit fęcūda in ſobo-



le: ſit probata ⁊ innocens: ⁊ ad beatorũ requiẽ, atqꝫ ad cele



ſtia regna ꝑueniat. Et videat filios filiorũ ſuorũ vſqꝫ ad



tertiã ⁊ quartã generationẽ: ⁊ ad optatã ꝑueniat ſenectutẽ.

¶ Hic ſacerdos mutet vocem, ſi ꝑfationẽ cantauit, ⁊ dicat plane, ita ꝙ ab aſtantibus audiri poſſit. Per eũdẽ dñm nr̃ꝫ Jeſum Chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſcĩ deus. Per omnia ſcl'a ſeculoꝝ. Amẽ. Poſtea dicat in tono lectionis.

OReus omnipotẽtem Deũ, qui ad multiplicandã humani generis ꝓlẽ bene ✠ dictionis ſuę gratiã largirꝭ dignatꝰ eſt, fratres chariſſimi: ⁊ deꝓcemur, vt hos famulos ſuos N. ⁊ N. quos ad cõiugalẽ copulã ipſe ꝑelegit, ipſe cuſtodiat. ℟. Amẽ.

DEt eis ſenſus pacificos, pares animos, mores mutuos charitate coniunctos. Reſponſorium. Amen.

HAbeant quoqꝫ optatas ſuo munere ſoboles: quas ſicut donum ipſius tribuit, ita bene ✠ dictionem conſequãtur: vt hi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deſeruiant, a quo ſe redemptos ac dicatos eſſe non dubitant. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Quibus peractis ſacerdos ad altare conuerſus dicit Pax dñi ⁊c. Poſtea datur pax ſponſo: ⁊ ipſe dat eã ſponſę: ⁊ miſſa terminat. Cõpleta miſſa ſacerdos, vbi cõſueuit, bñdicit panem ⁊ vinũ, dicẽs, ℣. Adiutoriũ nr̃m in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. Oremus. Ora.

BEne ✠ dic dñe creaturã iſtã panis ⁊ vini, ſicut bñ ✠ dixiſti quoqꝫ panes in deſerto: vt oẽs guſtãtes ex ea, tã animę, ꝙ corporis recipiant ſanitatẽ. Per Chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen.

Deinde

Deinde in altari frangat panẽ, ⁊ det vnã partẽ ſponſo, ⁊ aliam ſponſe, ⁊ ſic etiã de vino: ⁊ poſtea aſpergantur aquã benedicta. Deinde ſacerdos ponit manus ſuper capita amborũ primo viri, ⁊ poſtea mulieris, dicẽs. In noĩe patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti amen. Et eleuatis manibus ⁊ extẽſis ſup capita eorũ dicit.

Deus Abrahã, De⁹ Iſaac, de⁹ Iacob: ipſe ſit vobiſcũ: ⁊ ipſe vos cõiũgat, ipleatqȝ bñ ✠ dictionẽ ſuã in vobis. Amẽ.

Bene ✠ dicat vos omnipotẽs Deus oris ſui eloquio: ⁊ cor veſtrũ ſynceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen.

Locatis rerũ preſentiũ copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perẽniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen.

Tribuat dñs vobis parẽtibus dona perennia: preſentia tẽpora feliciter dilatet: ⁊ ſẽtiatis gaudia ſẽpiterna. ℟. Amẽ.

Ipſe qui vnum trinumque poſſidet nomen, ⁊ gloriatur Deus, benedicat vos in ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Quod ipſe vobis preſtare dignetur, cui eſt honor ⁊ imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Oremus. Oratio.

Dominus Deus oĩps bñ ✠ dicat vos: ipſe vos cõiũgat, impleatqȝ bñ ✠ dictionẽ ſuã in vobis: ⁊ videatis filos filiorũ veſtroꝝ vſqȝ in tertiã ⁊ quartã generationẽ ⁊ progeniẽ: ⁊ ad optataȝ perueniatis ſenectutem. Per dñȝ. Tunc ſacerdos iterũ tangat capita vtriuſqȝ, primo viri ⁊ poſtea mulieris: ⁊ dicat.

Deus Abrahã, Deus Iſaac, De⁹ Iacob, emitte bñ ✠ dictionẽ tuã ſup nubentes iſtos: ⁊ ſemina ſemẽn vite eterne in mẽtibus eoꝝ: vt quicquid de vtilitate ſua didicerint, hoc facere cupiãt. Per Ieſum Chrm recuperatorẽ oĩuȝ fideliũ: q cũ te eterno prẽ ⁊ ſpũ ſctõ viuit ⁊ regnat Deus: p oĩa ſcl'a ſcl'oꝝ. ℟. Amẽ. Et bñdictio Dei oĩpotẽtis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ſci deſcẽdat ⁊ maneat ſup vos: ⁊ angelus Dñi bonus cuſtodiat vos ſemp. ℟. Amẽ. Poſtea ſacerdos dicit Euangeliũ ſci Ioãnis. In principio. f. 89. Quo dicto aufert veliũ ab eis, ⁊ dicit Ambulate i pace.

Suprascripta bñdictio nõ eſt faciẽda, qñ alter cõtrahẽtiũ i alio mrĩmonio fuit bñdict⁹, imo ſacerdos bñdicẽs ſecũdas nuptias eſt ſuſpẽſus, ⁊ ad Papã mittẽdus, ex. ra de ſecũdis nuptijs, cap. Capellanus. Scũs tñ Thomas tenet q qñ virgo cõtrahit cum viro, q aliã habuerat vxorẽ, q bñdici debet, ⁊ eſt cõis doctoꝝ opinio hoc eſſe ſeruãdũ, vbi ea eſt cõſuetudo, q vero in locis, i quibus id

bus id fieri nō ↄſueuit, hoc faceret, incurreret pęnam dicti Cap.
Capellanus. Cū aūt he nuptię bn̄dicēdę ſunt, ſeruat̄ hic ritus.
Bn̄dicunt̄ Arre, ꝛ veniūt ambo, ꝛ genuflectūt añ altare, ꝛ miſ-
ſa dī vſqꝫ ad pax dn̄i excluſiue, ꝛ velant̄ ambo vt ſup. ꝛ ſacerdos
dicit In noīe pr̄is, ꝛc. vt ſup. ꝛ ℣. vt ſup. i ſingulari numero, ꝛ
genere feminino, Oro. Propitiare cū pfatione predicta, ꝛ oro.
Oremꝰ oīpotentē Deū, qd multiplicādā, dr̄ i ſingulari nume
ro, ꝛ i genere feminino, Poſtea finita miſſa dicat orōnes, vt ſup.
ponēdo manū ſolū ſup caput ſpōſę, ꝛ faciat reliqua oīa, vt ſup.

¶ De ingreſſu ſpōſę in eccleſiaꝫ octauo die poſt benedictionē faciēdo, vbi ↄſueuit. cap. 5. ¶

In aliqbꝰ eccleſiis ↄſueuit octa
uo die poſt bn̄dictionē ſpōſa ingredi eccleſiā, qd vulgo dicitur,
Intrare in ſancta. Et tūc ſacerdos indutus ſuppelliceo ꝛ ſtola,
ſit in oſtio eccleſię: ꝛ adueniēte ſpōſa dicat ℣. Adiutorium nr̄m
in nomine dn̄i. ps Deus miſereat̄. totū cū Gloria pa. f. 37. ꝛ po
ſtea ſubiūgat ps. Beati oēs. totū ſilr̄ cū Gloria pa. f. 37. Kyrie
eleiſ. Chr̄e eleiſ. Kyrie eleiſ. P r̄ nr̄. Et ne nos. Sed libe. ℣. Sal-
uā fac ancillā tuā. ℟. Deus meus ſperātē in te. ℣. Nihil profi-
ciat inimicus in ea. ℟. Et filius iniqtatis nō apponat nocere ei.
℣. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e
exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vob. ℟. Et cū ſpi. Oremꝰ. Oro.

OMnipotēs ſempiterne Deꝰ, creator celi ꝛ terrę: q oīa de
nihilo creaſti: qque Adā protoplaſtū de limo terrę forma-
ſti: ꝛ Euā illi in adiutoriū dediſti: ꝛ bn̄dixiſti eis, dicens. Creſcite
ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrā: ne reſpicias ad pcā nr̄a, ſed ad
fidē eccleſię tuę: ꝛ bene ✠ dicere digneris hāc famulā tuā vna
cū marito ſuo: ꝛ da ei fęcunditatē ſobolis, ꝛ de rore cęli, atqꝫ de
pinguedine terrę abundantiā: ꝛ benedic eis taꝫ in domibus, q̄
in agris, ꝛ vbiqꝫ: in iumētis, ꝛ pecoribus, omniqꝫ poſſeſſionico
rū benedic: ꝛ perduc eos in oī pietate, ꝛ caſtitate, ꝛ morū bone
tate, ꝛ timore Dei ad vitā ęternam. Per Chriſtū. Tunc ſacer-
dos tradat caput ſtolę ſpōſę, ꝛ ducēs eaꝫ in eccleſiā, dicat.

INgredere in domū dei: ꝛ adora filiū virginis: q tibi fęcū
ditatem prolis tribuere dignet̄: ipſum inquaꝫ dn̄m nr̄m Jeſum
Chr̄m mediatorem Dei ꝛ hoīum: qui cū patre ꝛ ſpiritu ſc̄o viui-
t ꝛ regnat Deus in ſc̄la ſc̄lorum. ℟. Amen. Poſtea ſacerdos
celebret, ꝛ ſponſa audiat miſſam cū cādela accenſa in manibus.

Et finita

Et finita miſſa ſacerdos benedicat eam hoc modo. Bñdictio Dei oipotentis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſcī deſcendat ſup te: ⁊ maneat ſemp. Et aſpergat aqua bñdicta: que ſurgens offerat ſacerdoti, qd ſibi placuerit: ⁊ domū reuertatur in pace.

¶ Pro fuganda ſterilitate mulieris oratio. Cap. 6.

Mulier ſterilis ⁊ infecunda veniēs ad eccleſiā accedat ad ſacerdotem habentem ſuperpelliceū ⁊ ſtolā: ⁊ ſe eius orationibus cōmendet. Qui faciat oronē ſup eā in hunc modum. In noīe patris, ⁊ filij, ⁊ ſpūs ſcī. Amen. ℣. Adiutorium nrm in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ps. Beati oēs q. totum cum Gloria pa. fo. 37. Añā. Bñdicat tibi dñs ex ſion: ⁊ videas filios filioꝝ tuoꝝ vſqꝫ in tertiā ⁊ quartā generationē. Kyrie eleiſon. Chrē eleiſon. Kyrie eleiſ. P ā nr. Aue maria. C redo in Deum. Quibus dictis ſacerdos ſubiungat. ℣. Saluā fac ancillā tuam. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Sint filij tui ſicut nouelle oliuarū. ℟. In circuitu menſe tue. ℣. Dñe exaudi oronē meā. ℟. Et clamor me⁹. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpi. Orem⁹. Oratio.

Deus, qui emortuā vuluā Sarre ita per Abrahe ſemen fecundare dignatus es: vt ei contra ſpem ſobolis filius naſceretur, pſta famule tue N. pro ſua ſterilitate deprecāti: vt merorē infecunditatis ab ea ſubmoueas: ⁊ ad concipiendam ſobolem ei fecunditatem tribuas: ⁊ filium, quem donaueris, clemēter benedicas. Per Chrm dominum nrm. Oremus. Oratio.

Maieſtatis tue clementiam deus pater oipotēs ſuppliciter exoramus: vt preces noſtras p ſterilitate famule tue N. benignus aſſumas: ⁊ ei prolem tibi ⁊ hominibus gratioſam cōcedere digneris. Per Chriſtum dñm noſtrum. Poſt hec aſpergit eam aqua benedicta: ⁊ imponit q ſepe dicat, vel dici faciat predictum pſalmum. Beati omnes qui timent dñm, ⁊ P ater noſter, ⁊ Aue maria, ⁊ C redo in Deum ⁊c. Et quod honeſte cum viro ſuo, ⁊ pudice actum matrimonialem exerceat.

¶ Orō p īpeditis ī mrīmonio a demone, vel maleficijs. Ca. 7.

Sacerdos cū ſuperpelliceo ⁊ ſtola ſuper virū ⁊ mulierē impeditos ſequētē oronē dicit. ℣. Adiutoriū nrꝫ in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟. De⁹ me⁹ ſpantes ī te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de ſcō. ℟. Et de ſiō tuere eos. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ ī eis. ℟. Et fili⁹ iniqui-

iniqtatis nō apponat nocere eis. ℣. Eſto eis dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄s vob. ℟. Et cū ſpi. Oremus. Oro.

Domine Jeſu Chriſte Dei ⁊ beatę Marię virginis filius, q in paradiſo terreſtri mrīmoniū inſtituiſti in officiū, ſiue cōſeruationē ⁊ multiplicationē humanę naturę: ⁊ ipſū matrimoniū mirabiliter honoraſti in aduētu tuo primordijs miraculoꝝ tuoꝝ: tu ꝑ merita ⁊ p̄ces ipſius beatiſſimę virginis Marię mr̄is tuę, beati Vincētij ꝯfeſſoris tui, ⁊ oīuꝫ ſcōꝝ ⁊ ſanctarū tuarū, digneris hos famulos tuos, quos mr̄imonialiter ꝯiūxiſti, bn̄ ✠ dicere, ac plene liberare ab oī ligamēto, faſcinamēto, ⁊ maleficio ſatanę, ⁊ dare eis fęcūditatē ⁊ gratiā: vt libere poſſint vti mr̄imonio ſuo ad generādū, ꝯcipiēdū, portādū, pariēdū ⁊ nutriēdū ꝓles gratas Deo ⁊ hoibus. In noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſci. Amē. Jeſus marię filius, mundi ſalus ⁊ dn̄s, ſit nobis clemens ⁊ ꝓpitius. ℟. Amen. ps. Beati oēs. f. 37. ps. Qui habitat. fol. 60. ps. Dn̄e qd multiplicati. f. 252. Oēs integri dicant cum Gloria pa. Kyrie elei. Chriſte elei. Kyrie elei. Pr̄ nr̄. Et ne nos inducas i tēta. ℣. Saluū fac ſeruū tuum ⁊ ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperātes in te. ℣. Mitte eis dn̄e auxilium de ſcō. ℟. Et de ſiō tuere eos. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in eis. ℟. Et filius iniqtatis non apponat nocere eis. ℣. Eſto eis dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orōnem meam. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vob. ℟. Et cū ſpi. Oremus. Oro.

Domine Jeſu Chriſte fili Dei viui: qui vterum beatę virginis Marię mirabiliter fęcūdaſti, vt de ſpū ſcō ꝯciperet, portaret, pareret, ac nutriret: te deū ⁊ hoīeꝫ ſaluatorē inuocam⁹ ꝑ clemētiā tuam: vt his famulis tuis N. ⁊ N. ſemoto oī demonis impedimēto ⁊ maleficio, fęcūditatē donare digneris: vt generare, ⁊ cōcipere, portare, parere, ac nutrire tibi valeāt ꝓlē in vitā ęternā. Amē. In noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſci. Amen. ps. Beatus vir q nō abijt in cōſilio impioꝝ. cū oratiōr ſequentibus verſib⁹ vſqꝫ ꝓſperabunt. Gloria pa. fo. 210. Tūc ſacerdos imponens manus ſup capita, primo viri, poſtea mulieris, dicat.

Jeſus Marię filius: mūdi ſalus ⁊ dn̄s, q beatiſſimę virgini Marię mr̄i ſuę felicē partū tribuit, ipſe tibi ꝯcedat, vt poſſis in vtero portare, fouere, parere, ⁊ bn̄ nutrire ꝓlē Deo ⁊ hominib⁹ gratā. In noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſci. Amen.

¶ De

¶ De bñdictione fet⁹ i vtero mr̃is, de cui⁹ piculo dubitat. c. 8.

Sacerdos cuz ſuperpelliceo ⁊ ſtola hoc modo bñdicit fetũ
in vtero matris. Adueniẽs mulier p̃gnans coraz altari, ⁊
genuflexa tenet faciẽ contra altare: ⁊ ſacerdos ſup̃ eam orat, di-
cens, ℣. Adiutorium nr̃m in nomine dñi. ℞. Qui fecit celũ ⁊ ter
rã. ℣. Saluã fac ancillã tuaz. ℞. Deus meus ſperãtez in te. ℣.
Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. ℣. Nihil p-
ficiat inimicus in ea. ℞. Et filius iniquitatis nõ apponat noce
re ei. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſctõ. ℞. Et de ſion tuere eaz. ℣.
Dñe exau. ℞. Et clamor. ℣. Dñs vo. ℞. Et cũ. Oremus. Oro.

Omñps ſempiterne Deus, q dediſti famulis tuis in cõfeſſio
ne vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoſcere, ⁊ in potẽ
tia maieſtatis tue adorare vnitatẽ: qs, vt eiuſdez fidei firmitate
ab omnibus ſemp muniamur aduerſis. Per do. Oremus. Oro.

Domine deus omniũ creator, fortis, ⁊ terribilis, iuſt⁹ atqz
miſericors: q ſolus bonus ⁊ pius es: ſolus p̃ſtãs, ſolus iu-
ſtus, om̃ps ⁊ eternus: q de oĩ malo liberas Iſrael: q feciſti patres
electos quoſlibet, ⁊ ſcificaſti: eos munere ſpũs ſci: vcz, virginez
glorioſiſſimã mariã, in vtero poſt ↄceptũ abſqz oĩ decurſu tp̃is
Ioãnẽ baptiſtã, ⁊ alios ſꝫ gradus varios, anteꝙ̃ more ſolito na
ſcerent: accipe ſacrificiũ cordis ↄtriti, qs, ac feruẽs deſideriũ fa
mule tue N. humilr̃ ſupplicãtis p ↄſeruatiõne plis debilis, quã
dediſti eã ↄcipe: ⁊ cuſtodi partẽ tuã, atqz ſcifica imẽſa bñdictio
ne tue gr̃e: ⁊ defende ab oĩ dolo ⁊ iniuria diri hoſtis, necnõ a q-
buſlibet aduerſitatib⁹ crudelibus ⁊ iniqs: vt ad lucẽ p̃ntis vite
iucũdiſſimã obſtetricãte manu tua veniat icolumis, tibiqz i oĩ-
bus iugiter deſeruiat, ⁊ vitã ↄſeq ſẽpiternã finaliter mereat. per.
Poſtea aſpgat aq bñdicta dicẽdo ps. De⁹ miſeat nr̃i totũ cuz
Gloria pa. f. 37. Deinde. ℣. Bñdicam⁹ patrẽ ⁊ filiũ cũ ſcõ ſpũ.
℞. Laudem⁹ ⁊ ſuperexaltemus euz in ſc̃la. ℣. Angelis ſuis Deus
mandauit dẽ te. ℞. Ut cuſtodiãt te in oĩbus vijs tuis. ℣. Dñe
exaudi. ℞. Et clamor. ℣. Dñs vobiſ. ℞. Et cũ. Oremus. Oro.

Uiſita, qs dñe, cunctã habitationẽ iſtam: ⁊ oẽs inſidias ini
mici ab ea, ⁊ a p̃ſenti famula tua lõge repelle: ⁊ angeli tui
ſancti habitent in ea, qui eam ⁊ eius prolẽ in pace cuſtodiant: ⁊
bene ✠ dictio tua ſit ſup eã ſemp: ſalua eos om̃ps Deus, ⁊ lucem
tuã eis cõcede ppetuam. Per dñz. ℞. Amen. Benedictio Dei
omnipo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oĩpotentis, pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ꝛ ſit ſuper te ꝛ ſuper prolem tuam: ꝛ maneat ſemper. ℟. Amen.

¶ Ordo benedictionis mulieris poſt partum in domo. Cap. 9.

¶ Sacerdos ingrediẽs domũ mulieris, q̃ pepit, dicat ĩ ingreſſu.



PAx huic domui: ꝛ oĩbus habitantibus in ea. ℣. Adiutorium nr̃m in noĩe Dñi. ℟. Qui fecit celum ꝛ terram. Pſalmus.

LAudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit nomẽ dñi benedictũ ex hoc, nunc ꝛ vſque in ſeculũ. A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen dñi. Excelſus ſup oẽs gentes dñs: ꝛ ſup celos gloria eius. Quis ſicut Dñs deus nr̃, q in altis habitat, ꝛ humilia reſpicit in celo ꝛ in terra: Suſcitans a terra inopẽ: ꝛ de ſtercore erigens pauperẽ. Ut collocet eũ cũ principibus, cũ principibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilẽ ĩ domo: matrẽ filioꝝ letãtẽ. Gloria p. Pſ.

BEati oẽs, qui timent dñm, qui ambulant in vijs eius. Labores manuũ tuaruʒ, quia mãducabis: beatus es, ꝛ bene tibi erit. Uxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarũ: in circuitu menſe tue. Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex ſion: ꝛ videas bona Hieruſalem oĩbus diebus vite tue. Et videas filios filiorũ tuoꝝ: pacem ſuper Iſrael. Gloria pat. Pſ.

DEus miſereat̃ nr̃i: ꝛ benedicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos: ꝛ miſereatur noſtri. Ut cognoſcamus in terra viã tuã: in omnibus gentibus ſalutare tuũ. Confiteant̃ tibi populi Deus: ꝯfiteantur tibi populi oẽs. Letent̃ ꝛ exultẽt gẽtes: qm̃ iudicas populos in equitate: ꝛ gentes in terra dirigis. Confiteant̃ tibi populi Deus: cõfiteantur tibi populi oẽs: terra dedit fructum ſuũ. Benedicat nos Deus Deus nr̃: benedicat nos Deus: ꝛ metuant eũ oẽs fines terre. Gloria pat. Añа. Aĩa mea illi viuet: ꝛ ſemen meũ ſeruiet ipſi. Kyrie eleiſ. Chr̃e eleiſ. Kyrie eleiſon. Pater nr̃, qui es. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Sed libera nos a malo. ℣. Saluã fac ancillã tuam. ℟. Deus meus ſperãtẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de ſancto. ℟. Et de ſion

tuere eam. ℣. Eſto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpũ tuo. Oremus. Orõ.

Domine ſcẽ, pr̃ops, eterne Deus, q bñdictionis tuę grãm egris infundẽdo corporibꝰ, facturã tuã multiplici pietate cuſtodis: ad inuocationẽ tui noĩs ſcĩ benignus aſſiſte: vt hãc famulã tuã dextera tuę virtutis tuearis, ptãte ꝯfirmes, ſignaculo ſcẽ crucis bene ✠ dicas: atqꝫ tuę eccleſię ⁊ ſcis altaribus eã feliciter reſtituas. Per dñm. Et tunc aſpergat aqua benedicta.

¶ Ordo quando mulier poſt partum primo eccleſiam ingreditur, expletis diebus ſuę purificationis. Cap. 10.

Sacerdos cũ ſuperpelliceo ⁊ ſtola, facta ꝯfeſſione ante portã eccleſię, aſpergit mulierẽ aqua benedicta: ⁊ dicit Añaꝫ. Aſperges me dñe hyſſopo, ⁊ mũdabor: lauabis me, ⁊ ſup niueꝫ dealbabor. ps. Miſerere mei Deus ſcdm magnã miſericordiaꝫ tuaꝫ. Gloria pa. Et repetit Añã. Aſperges. Poſtea dicit Añã. Hic accipiet benedictionem a dño: ⁊ miſericordiam a deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio querentiuꝫ dñm. Poſtea dicat ps.

Domine eſt terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarũ, ⁊ vniuerſi qui habitãt in eo. Quia ipſe ſup maria fundauit eũ: ⁊ ſuper flumina preparauit eũ. Quis in aſcendet montẽ Dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, ⁊ mundo corde: q nõ accepit in vano animã ſuã: nec iurauit in dolo primo tuo. Hic accipiet bñdictionẽ a Dño: ⁊ miſericordiaꝫ a deo ſalutari ſuo. Hęc eſt generatio querentiũ eũ: querentium faciem Dei Jacob. Attollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glorię. Quis eſt iſte rex glorię? dñs fortis, ⁊ potẽs, dñs potens in plio. Attollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glorię. Quis eſt iſte rex glorię: dñs virtutũ ipſe eſt rex glorię. Gloria patri, ⁊c. ps. Deus miſereatur nr̃i, ⁊ benedicat no. fol. 37. ps.

Credidi ꝓpter qđ locutus ſum: ego aũt humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oĩs homo mẽdax. Quid retribuã dño pro oĩbus, q retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiã: ⁊ nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddã corã omni populo eius: pcioſa in ꝯſpectu dñi mors ſanctorũ eius. O dñe, q: ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, ⁊ filius ancillę tuę. Di-

rupiſti

rupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: ⁊ nomen dn̄i
inuocabo. Uota mea dn̄o reddā, in conſpectu oı̄s populi eius:
in atrijs domus dn̄i: in medio tuo Hieruſalem. Gloria pa. Ps.
Laudate dn̄m omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊
veritas domini manet in eternum. Gloria patri, ⁊c. Pſalmus.
Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliū mihi?
Auxilium meum a dn̄o: qui fecit celū ⁊ terrā. Nō det in
commotionē pedē tuum: neq; dormitet, qui cuſtodit te. Ecce nō
dormitabit, neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Dn̄s cuſtodit te,
dn̄s protectio tua ſuper manum dexteram tuam. Per diem ſol
non vret te: neq; luna per noctē. Dn̄s cuſtodit te ab omni ma
lo cuſtodiat animā tuā dn̄s. Dn̄s cuſtodiat introitum tuum, ⁊
exitū tuum: ex hoc, nunc, ⁊ vſq; in ſeculū. Gloria patri. Pſals.
Ad leuaui oculos meos. fo. 180. Et poſt ſingulos pſalmos di-
cat Gloria pa. Añа. Exaudi nos dn̄e: qm̄ benigna eſt miſericor
dia tua: ⁊ ſcd̄m multitudinem miſerationum tuarū reſpice nos
dn̄e. Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſon. Pr̄ noſter. Et ne nos
inducas. ℣. Ego dixi dn̄e miſerere mei. ℟. Sana animā meā:
quia peccaui tibi. ℣. Saluā fac ancillam tuam. ℟. Deus meus
ſperantem in te. ℣. Mitte ei dn̄e auxilium de ſcō. ℟. Et de ſion
tuere eā. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniqui-
tatis non apponat nocere ei. ℣. Eſto ei dn̄e turris fortitudinis.
℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meam. ℟. Et clamor
meus ad te ve. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpir. Oremus. Orō.
Deus qui per Moyſen famulū tuum Iſraelitice plebi mā-
daſti, vt mulier, que filium peperiſſet, ab ingreſſu tēpli ſe-
queſtraretur: q̄s, vt hanc famulam tuam N. ab omni inquina-
mento peccati mundare digneris: quatenus mente ⁊ corpore
mūdata ſinū ſancte matris eccleſie valeat penetrare, ⁊ tibi pro
ſuis delictis acceptabile munus offerre. Per do. Oremus. Orō.
Omnipotens ſempiterne Deus, pater Dn̄i nr̄i Ieſu Chri:
Deus ſabaoth, qui tuum vnigenitum vna cū matre ſua
poſt quadraginta dierum ſpatium in templo preſentaſti: bene-
dicere digneris hanc famulam tuam N. quam ad templū tuū
tibi Dn̄o Deo noſtro purificandi gratia preſentamus: ⁊ conce
de propitius: vt ſicut eam per noſtrum officium in templū iſtud
introdu-

introducimus, ſic poſt finem vitę pręſentis templum cęleſte mereatur introire. Per eundem dñm nr̃m Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. ℟. Amen. Tunc mulier habens candelã accenſam in manibus, accipit a ſacerdote caput ſtolę, ⁊ eccleſiam ingreditur, dicente ſacerdote. F amula Dei N. ingredere in templum Dei: adoꝛa filium beatę Marię virginis: qui tibi tribuit fęcunditatem prolis. Deinde ſacerdos celebret miſſam, ſi eſt hoꝛa conueniens: ⁊ ipſa aliquid offerat ſacerdoti. Poſteꝗ dicat ſacerdos euangelium ſancti Joannis. In principio. f. 89. ⁊ euangelium ſequens. Secundum Lucam.

In illo tempoꝛe: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Marię, ſecundum legem Moyſi: tulerunt Jeſum in Hieruſalem: vt ſiſterent eum domino: ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctũ dño vocabitur. Et vt darent hoſtiã, ſm̃ ꝙ dictum eſt in lege dñi, par turturum: aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon: ⁊ homo iſte iuſtus, ⁊ timoꝛatus: expectans cõſolationẽ Jſrael: ⁊ ſpũs ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat a ſpũ ſancto: non viſurũ ſe mortẽ, niſi prius videret Chriſtum dñi. Et venit in ſpiritu in tẽplum. Et cum inducerent puerum Jeſum parentes eius: vt facerent ſm̃ conſuetudinem legis pro eo: ⁊ ipſe accepit eum in vlnas ſuas: ⁊ benedixit deum, ⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum dñe: ſm̃ verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omniũ populoꝝ. Lumen ad reuelationem gẽtium: ⁊ gloꝛiam plebis tuę Jſrael. Poſtea dicat orationem ſeq.

Abſolue, q̃s dñe, delicta famulę tuę N. ⁊ a peccatoꝝ ſuoꝝ nexibus, q̃ pro ſua fragilitate cõtraxit, tua benignitate liberet. Oratio.

Deus qui ſalutis ęternę, beatę Marię Virginitate fecũda, humano generi pręmia pręſtitiſti: tribue q̃ſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quã meruimus authoꝛem vitę ſuſcipere dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit. vel Concede nos famulos tuos. folio 260. Et benedictio Dei pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper te, ⁊ maneat ſemper. Amen.

¶ Finit tractatus ſecundus primę partis libri Sacerdotalis.